6.2.*6

CATALOGUS

Librorum Manuſcriptorum

IN

BIBLIOTHECA

Collegii Corporis Chriſti

IN

CANTABRIGIA:

Quos Legavit

MATTHÆUS PARKERUS

ARCHIEPISCOPUS CANTUARIENSIS.

LONDINI:

Proſtant apud GUL. & JOH. INNYS, in Areâ Occidentali D. Pauli.
MDCCXXII.

CATALOGUS

Librorum Manuscriptorum

in

BIBLIOTHECA

Collegii Corporis Christi

MVSEVM
BRITAN
NICVM

CANTABRIGIA:

Quos Legavit

MATTHÆUS PARKERUS

ARCHIEPISCOPUS CANTUARIENSIS.



LONDINI:

Prostant apud Gul. & Joh. Rivs. in Area Occidentali D. Pauli.

MDCCXII.

Ordo Librorum in CATALOGO.

	pag.		pag.
A	1	Misc. A	74
B	3	Misc. B	76
C	5	Misc. C	77
D	7	Misc. D	78
&c.		&c.	
Sub B	64	Misc. 1	95
Sub C	65	Misc. 2	96
Sub D	65	Misc. 3	97
1— 1	69	Misc. 4	100
1— 3	69	&c.	
1—11	69	Lib. al. 1	109
&c.		Lib. al. 2	110
		&c.	

ERRATA.

Pag.	4.	lin. 49.	lege *Prosologium.*
	6.	lin. 42.	lege IV. *Kal. Jan.*
	13.	lin. 54.	lege *Prefatione*
	14.	lin. 2.	lege *Savilli.*
		lin. 34.	lege *hicce.*
	16.	lin. 16.	lege *Pangor.*
		lin. 38.	lege *Lindisfarnensium.*
Pag.	16.	lin. 49.	lege *Psalterium.*
	18.	lin. 39.	in margine lege 19----2.
	19.	lin. 19.	lege *jejunet.*
		lin. 24.	lege *Legimus.*
	36.	lin. 10.	lege *tonsuram.*
		lin. 14.	lege *figuram,*
	37.	lin. 23.	dele *per Adsonem.*

Libri MSS. in Bibliotheca Coll. Corporis Chriſti Cantabrig. Claſſibus affixi & numeris notati.

A.

I. HOmeri Opera, viz. Iliados & Odyſſeos, Liber Chartaceus, qui (ut fertur) fuit Theodori Archiep. Cantuar. habet accentus multos, non tamen omnes, & ſæpe illuſtratur Scholio Græco (& ſæpe rubris literis ſcripto) & nunquam (quod novi) impreſſo.

Pag. 457. inter Iliadas & Odyſſeas Quinti Calabri Paralipomena in libros Homeri, in 14 libris. Hic bellum Trojanum ab Hectoris interitu ad Naufragium Græcorum perſequitur. *Hujus Quinti Calabri fit mentio in Fabricio, p. 359. ſub nomine Cointi.*

Ad initium libri, Vita Theodori Archiep. Cant. per Matth. Cantuar. & aliàs; dicitur quod Græcus Commentarius, ſeu Scholion fuit per manum Theodori. Et nomen Θεοδωρου paginæ primæ literis aureis inſeritur.

Ad finem, Homeri Epitaphium cum duplici ejus Icone.

II. Geſta quorundam Sanctorum, viz.

Vita & Miracula Sancti Martialis.
Sancti Nicolai.
Sancti Dunſtani Archiep.
Sancti Aldelmi Epiſcopi.
Sancti Erkenwaldi Epiſcopi Lundon.
Swithuni Epiſcopi Wint.
Neoti Abbatis.
Johannis Archiep. Ebor.
Botulfi Abbatis.
Ithamari Epiſcopi.
Davidis Archiep.
Odonis Abbatis.
Maioli Abbatis.
Odilonis Abbatis.
Hugonis Abbatis Cluniacenſis.
Ailredi Abbatis Epiſtola ad Regem Hen. II. de Vita Sancti Eadwardi.
Ailredi Epiſtola ad Laurentium Abbatem Weſtmon.
Eadwardi Regis & Confeſſoris Vita per Ailredum Rieval.
Miracula & Vita R. Edwardi per Osbernum Priorem Weſtmonaſt.

III. Euſebii Cæſarienſis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Latine Libri XI. uſque ad mortem Theodoſii magni, licet ſolummodo novem libri priores ſunt Euſebii at à Ruffino tranſlati in Latinum ſermonem, & duo poſtremi, viz. decimus & undecimus à Ruffino conſcripti.

IV. Pag. 1. De Oratione Dominica diviſa in ſeptem petitiones.
3. De Officio Miſſæ & Regulâ Fratrum Minorum.
9. Vita Protoplaſti Adæ & Evæ.
18. Epiſtola Methodii Martyris de die Judicii & Millenario.

22. Tractatus de ſpeculo mundi.
35. De Purgatorio Sancti Patricii.
46. Vita Sancti Brendani.
59. Oratio Sancti Brendani cujus repetitioni datur Remiſſio peccatorum.
69. Itinerarium Johannis Mandevill Militis de Mirabilibus Mundi.
146. De Presbytero Johanne.
149. Itinerarium Fratris Oderici Minoritæ de Mirabilibus Orientalium Tartarorum.
163. Franciſcus Petrarcha de Waltero Marchione & Griſilda Uxore.
170. De tribus Magis Regibus qui Chriſtum adorarunt & eorum Reliquiis——Contenta in hoc tractatu videas, p. 170.
214. De ſeculo Philoſophico.
216. Vita Sancti Thomæ Cantuarienſis, per Joh. Grandiſonum Epiſcopum Exon.
234. Alia Hiſtoria Vitæ Sancti Thomæ Cant. ſed imperfecta.
235. De Saracenis & eorum Obſervationibus & Mahometo.

A. 238. De Juda Iſcariote ejus Parentibus, &c. imperfectum.

V. Hiſtoria Romana ab Urbe Condita ad Juſtinianum Imperatorem, in lib. 16. per Eutropium.
Hiſtoria Normannica ab Aſtigno & Rollone ad mortem Ricardi primi an 996. per Dudonem Congregationis Sancti Quintini Decanum, huic Ricardo familiarem. Interſeruntur ſæpe metrica & rythmi per eundem Dudonem. Hic Ricardus fuit filius Gulielmi qui erat filius Rollonis qui & dictus erat Rotbertus. Rex Francorum Carolus conceſſit Rolloni Normaniam & Britanniam, & Rollo baptizatus fuit, Rotbertus Dux Francorum eum de fonte ſuſcepit An. Chriſti 912.

VI. Polycraticon temporum per Rogerum Ceſtrenſem, incipit *Intrabo*, &c. continet Hiſtoriam Mundi, præſertim vero Britanniæ, à primâ antiquitate ad An. 1339. in libris ſeptem. Liber quartus pag. 73. incipit à Chriſti Nativitate.

VII. Annales Eccleſiæ Auguſtini Cantuar. continet hiſtoriam Britanniæ ad An. 1316.
Pag. 141. Modus menſurandi terram.
165. De Monaſteriis fundatis in Cantio.
169. Tabula Regum Cantii, Archiepiſcoporum & Abbatum uſque ad Eadwardum ſecundum R. Angliæ & continuata uſque ad Edwardum quartum.
178. Proventus Abbatiæ Sancti Auguſtini & alia multa ad illam ſpectantia.
203. Confirmatio Chartarum huic Abbatiæ conceſſarum per Edwardum anno Regni ſexto.
208. Viſus Franci Pleggii.
210. Quibus annis & diebus Abbatia hæc ſuis ornamentis ſpoliata erat per Henr. octavum & Eliz.

VIII. 1. Compoſitio facta inter Epiſcopum Norwicenſem & Villam de Lenne.
2. Carta R. Joannis Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis Norwici conceſſa.
3. Gloſſa Joh. Monachi ſuper quæſtione ortâ inter Prælatos & Rectores ex una parte & Frat. Prædicatores & Mendicantes ex alterâ.
4. Indulgentiæ Eccleſiarum Romæ Gregorii Papæ.
5. Chronica Radulphi Nigri, de geſtis Regis Johannis ab An. 1199. uſque ad an. ſecundum Henrici tertii. Dicitur hæc haberi in Chronica magna Matth. Pariſ. An. 1199.
6. Bedæ Hiſtoria Eccleſiaſtica Gentis Anglorum ad An. 735. lib. 5.

IX. Chronica Odonis Abbatis Cluniacenſis à Mundo Condito ad annum circiter 870.

Pag. 225. Genealogia Ducum Normanniæ.
Genealogia Regum Franciæ.

X. Beda de Temporibus, ſeu de Curſu & fine Temporum, capitibus 72.

Pag. 113. Diſſertatio de Anno, Menſe, de Epactis, Cyclis Lunæ & Solis, Biſſexto, &c. una cum Tabulis eorum.
132. Yſidori Ep. de poſitione ſeptem Stellarum Errantium.
132. Epiſtola Bedæ de Æquinoctio juxta Anatholium.
137. Tabula & Ratio numerandi.
139. Tabulæ Paſchales, factæ An. Chriſti 1070, continuatæ uſque ad An. 1595.

XI. Epiſtolæ Thomæ Becket Archiep. Cantuar. lib. 5. Item Epiſtolæ ſcriptæ ad Thomam, vel quæ aliquo modo ad illius cauſam vel mortem ſpectant, licet nec ab Eo nec ad Illum ſcriptæ. Quarum ſeriem & ſummam habes ad initium Libri.

XII. Tituli ſtatutorum Mertonæ, Marleburgæ, Weſtmonaſter. primi, Glouceſtriæ, Weſtmonaſter. ultimi, & de Venditionibus.

Pag. 4. Ipſa ſtatuta ſive Proviſiones Mertoniæ Abbreviata.
7. Statuta de Marleburga abbreviata.
11. Statuta Weſtmonaſt. prima ab Edw. primo in Coronatione mandata, abbreviata.
21. Statuta Glouceſtriæ, facta An. quinto Edwardi primi.
24. Statuta ultima Weſtmonaſt. An. tertio decimo Edwardi primi.
38. Statuta de Venditionibus & Emptionibus.
39. Statutum de Viris Religioſis fact. Weſtmonaſt. Nov. 15. Anno ſeptimo Edwardi primi.
45. Palladius Philoſophus de Agricultura, ubi primo tradit Regulas generales, deinde quid quolibet menſe faciendum ſit, incipiens à Januario.

Regalia brevia ſicut mos eſt in Regno Angliæ, ſive brevia quæ Rex Vicecomiti mittit diverſas ob cauſas.

Ars faciendi literas vel Epiſtolas, vel formulæ Cartarum Regiarum, Epiſtolarum Epiſcoporum, &c.

Willielmi de Sumerey Experimenta Medicinalia, viz. contra Epilepſiam, maculam in Oculo, &c.

Oratio quædam Panegyrica in laudem Rodulfi Abbatis Thorneyæ,—— modus etiam quo unus Conventus vel Abbatia condoluit cum altera ob mortem Abbatis.

Raſin, ſive liber Medicinæ & Anatomiæ

Old Saxon Words explain'd in old French.

Forma Compoti ſive redituum & expenſarum Abbatiæ vel Conventus.

B. Proceſſus placiti inter Abbatem Thorneyæ querentem & Abbatem de Burgo Sancti Petri, An. 1304.

I. Medicine and Chirurgery for Horſes in old French.

II. Hiſtoria Scholaſtica Petri Comeſtoris—— liber impreſſus.

Chronicon Johannis Bromton Abbatis Jorevallenſis, ſive Hiſtoria Britanniæ, ab adventu Auguſtini An. 588. ad mortem Ricardi primi An. 1199.

Pag. 15. Leges Inæ Regis Weſtſaxonum 80.
40. Leges Aluredi vel Alfredi 51. item 7 aliæ leges Alfredi. Item 17 aliæ leges ejuſdem.
45. Leges Edwardi ſenioris 4. & deinde 8.
47. Leges Adelſtani 34 & 9. ſeptem aliæ, mox 6 & 19.
54. Leges Edmundi 6 & 7. & 7. de Sponſalibus contrahendis, 9. deinde Edredus & Edwinus Reges.

59. Leges

19—2.

59. Leges Edgari 13.
69. Leges Ethelredi 6. item 30. ſequuntur 11. mox 7.
B. 76. Leges Canuti 111.

III. L'Hyſtoire des ſeigneurs de Gaures cum Picturâ eleganti ad initium. Neſcio an ficta ſit an vera hiſtoria, quæ verſatur circa familiam Gaurorum. Initium ſumitur à Guidone de Gaures, nobili Flandrenſi, qui diebus Sancti Lodoici floruit.

IV. Regula Sancti Benedicti in 73 Capitibus. Scribitur latinè at literis Saxonicis.

Pag. 2. Memoriale qualiter in Monaſterio converſari debemus.
3. Epitomia Lothwici Imperatoris ſuper Regulam Beati Benedicti & Abbreviatio ejus.
4. Martyrologium Romanum, in quo commemorantur paſſiones Martyrum, non Romæ ſolum, ſed ubique ferè. Primus Martyr Sanctus Almachius qui paſſus eſt Romæ ſub Diocleſiano. Eſt hoc Martyrologium antiquiſſimum, literis ſaxonicis ſcriptum. Nam ad 14 Kal. Junii Sancti Dunſtani obitus notatur manu neotericâ. Obitus etiam Bedæ notatur eâdem manu ad 6 Kal. Junii: Nihil in hoc Martyrologio de Thomâ Becket Archiepiſcopo Cantuarienſi, vel antiquâ vel neotericâ manu. Scriptum ad 7. Kal. Junii antiquâ manu, *In Britanniis Sancti Auguſtini Epiſcopi Confeſſoris, qui miſſus à Beato Papa Gregorio primus Genti Anglorum Chriſti Evangelium prædicavit.* Ad diem primum Februarii antiquâ manu memoratur Obitus Sanctæ Brigittæ in Hibernia.
In hoc Martyrologio verba à ſe invicem non diſtinguuntur. *Nihil in hoc Martyrologio invenio quod eſt recentius temporibus Edwardi Confeſſoris; nam Martyrium Sancti Ælphegi notatur manu omnium noviſſimâ;* ad 6 Id. Feb. Corduba dicitur in Provincia Luſitaniæ.
5. Diadema Monachorum per Smaragdum in centum capitibus, at deſunt ferè ſexdecim capita poſtrema. Scriptum hoc eſt latinè at literis ſaxonicis.

V. Troylus Chauceri Anglicè in pergameno; manu optimâ.

VI. 1. De Origine & Regibus Francorum; ad An. 1330.
2. Arbor Genealogica Regum Francorum ad Philippum ſeptimum.
3. De Comitibus Tholoſanis ad An. 1271.
4. De Imperatoribus Romanis à Julio Cæſare ad An. 1329.
5. De Tempore Celebrationis octo Conciliorum generalium & aliorum multorum uſque ad An. 1315.
6. De Ordinatione Officii miſſæ per Pontifices Romanos.
7. Caſus qui contingere poſſunt in celebrando Miſſam.
8. Nomina Apoſtolorum & Diſcipulorum Chriſti, & ubi prædicârunt.
9. De Articulis Fidei Catholicæ & Symbolis, particulariter Athanaſiano, & ſeptem Sacramentis, peccatis mortalibus, &c.
10. Liber magnus Gallicè ſcriptus de Rege Arturo; Principium, *En la Marche.*

VII. Proſlogium Anſelmi Fratris Thomæ Stoyl. ſic inſcribitur.
1. Orationes ad Deum, ad Sanctam Mariam, Stephanum, & alios Sanctos.
2. Orationes quamplures ad ipſum Redemptorem noſtrum & Sanctos. Oratio Dominica gloſſata.
3. Proſologion Anſelmi Cantuar.
4. Planctus Beati Bernardi de dolore Virginis Mariæ.

5. Medi-

B. 5. Meditationes Auguſtini & Bernardi.
6. Auguſtinus de Conflictu Vitiorum & Virtutum.
7. Tractatus Lotarii de Contemptu Mundi.
8. Electuarium de lapſu & reparatione Hominis in capitibus 58.
9. De Statu interioris hominis poſt lapſum: per Ricardum de Sancto Victore.
10. Tractatus de ſeptem Sacramentis.
11. De Ætatibus ſeculi, Chronologia quædam à Creatione ad Annum decimum Recenſuithini Regis Hiſpaniarum, & mortem Heraclii Imperatoris.
12. Sermones varii de Chriſto, Angelorum Ordinibus, &c.
13. Tractatus de ſeptem Virtutibus, de Oratione Dominica in ſeptem Petitionibus, de ſeptem Sacramentis.
14. Ars Fidei; dicitur à *Clemente Papâ autorizata.*
15. Itinerarium Mentis in Deum.
16. Breviarium Fratris ſive Magiſtri bonæ Fortunæ, Ordinis Minorum in lib. 6. Eſt Diſcurſus de Scriptura, de Dei Attributis, &c.
17. De Officio & Ordine Miſſarum, quid unuſquiſque Papa addidit à tempore Sancti Petri, uſque ad Clementem tertium An. 1187.
18. Statuta Lanfranci.
19. Tituli Decretalium, Digeſtorum veterum & novorum, Codicis, Inſtitutionum, Inforciati, Authenticorum.
20. Epiſtolæ quædam Capituli Cantuarienſis Eccleſiæ, & ad Capitulum miſſæ.
21. Epiſtolæ trecentæ, & tres Bernardi Clarevall. ad Robertum Nepotem, &c.
22. Speculum humanæ Salvationis, ſcriptum verſibus more Anglicano ſimiliter deſinentibus.
23. Seneca de quatuor Virtutibus cardinalibus.
24. Seneca de Paupertate honeſtâ.
25. Meditatio de Beneficiis Dei per Bonaventuram.

VIII. Joh. Pariſienſis Hiſtoria univerſalis, vel Memoriale Hiſtoriarum quarundam Gentium à Creatione ad Annum Chriſti 1322, &c. uti notatur à Jameſio proſequitur præſertim Hiſtoriam Britanniæ vel Angliæ.

IX. Speculum Juris per Gul. Durant. dedicatum Ottobono Cardinali. Guilelmus claruit Anno 1236. fuit Epiſcopus Miniacenſis & ejus patruus fuit Inocentius quartus. Eſt Corpus quoddam Juris Civilis & Eccleſiaſtici in lib. 3.

C. I. Radulphi de Diceto Annales de Dorobernenſibus Archiepiſcopis ab Auguſtino Anno 601. ad Hubertum, qui fuit conſecratus Anno 1193. *Nonnulli Archiepiſcopi hìc omittuntur.*
Videtur hic Liber valde antiquus: Vocatur Annales Stephani Archiepiſcopi

2. Regula Sancti Johannis Caſſiani, quam Caſtori Papæ in Novello Monaſterio ſcripſit: Incipit, *veteris Inſtrumenti narrat Hiſtoria:* Liber optime ſcriptus & deauratis literis, continet libros duodecim; at deſunt tria Capitula libri duodecimi.
Multa hic invenies de moribus & Habitu Ægyptiorum Monachorum.

II. De Viris claris ſeu illuſtribus, eſt Dictionarium quoddam hiſtoricum & poeticum: Ordine alphabetico tradens Hiſtoriam omnium penè Virorum celebriorum, quorum mentio in libris ſacris vel profanis, ab A uſque ad L incluſive. Sub nomine *Cæſar* narrat totam Hiſtoriam Cæſaris; & ſic de aliis.

III. Pontificale Anglicum liber pulcherrimus: Poſt Paginas 17. vide Indicem

C. cem Contentorum in hoc Volumine.
De Ordinatione Oſtiariorum, Diaconorum, Presbyterorum.
Fol. 36. Conſecratio Epiſcoporum ſecundùm Eccleſiam Romanam.
45. Qualiter ordinetur Epiſcopus ſecundùm modum Angliæ, ubi nulla Profeſſio Subjectionis Papæ, vel etiam Archiepiſcopo. Continet hicce liber totum Epiſcopi Officium in omnibus Benedictionibus, &c.
Fol. vel p. 231. Officium baptizandi.
238. Alius Ordo contrahendi Sponſalia.
Fol. vel p. 6. & 43. Epiſcopus in ſua Conſecratione promittit, Plebi ſuæ è Scripturis docere, Traditiones Patrum & decretales Conſtitutiones Sedis Apoſtolicæ ſervare, ſummis Pontificibus vel eorum Archiepiſcopis Fidem & Subjectionem per omnia exhibere, caſtitatem cuſtodire, profitetur ſe credere Symbolum, & Subſtantiam Panis & Vini converti in Naturam & Subſtantiam Carnis & Sanguinis Chriſti.
At in Conſecratione Epiſcopi ſecundùm modum Angliæ, p. 45. Nihil omnino promittitur.

IV. Prototypon Hiſtoriæ Thomæ Walſingham, ſive Hiſtoria Angliæ ab An. 1273, (quando obiit Henricus tertius) ad An. 1422, ſive ultimum Henrici quinti.

V. Hiſtoriæ majoris Matthæi Paris Pars ſecunda; in qua Hiſtoria Angliæ ab Anno 1189, à morte Henrici ſecundi, ad Annum 1253 Henrici tertii triceſimum ſeptimum.
Ad Initium libri ſcribitur *Hunc librum dedit Fr. Matthæus de Pariſiis Deo.*
Ad Finem libri eſt Annalis Concluſio, *Tranſit igitur annus ille ſatis frugifer & fructifer &c.* aliâ manu ſcripta. In hoc libro multæ ſunt Additiones & Inſertiones & Notæ. Primam Partem hujus Hiſtoriæ vide in C. 9.

VI. Martyrologium Exonienſe.
Hic liber ſcriptus erat Anno 1337, & eſt ordinale Eccleſiæ Exonienſis, factum ab Epiſcopo Johanne Grandiſono & Eccleſiæ Capitulo. Continet,
1mo. Calendarium;
Deinde Conſuetudines, ſive Statuta & Officia Miniſtrorum Eccleſiæ Exonienſis:
Deinde Breviarium, ſive Ordinale celebrandi Officia divina per totum Annum ſecundùm uſum Exonienſem.
In Temporali poſt Natalem Domini fit Mentio Thomæ Becket Cantuarienſis, tum ad Julii ſeptimum, tum ad Decembris viceſimum nonum.
Deinde Martyrologium Exonienſe, ubi ad Nonas Julii & ad quatuor Kalendas Januarii fit Commemoratio Thomæ Cantuarienſis.
Poſtremo Ordinale Officiorum B. Mariæ Virginis in Exon.
Martyrologium hocce Johannes Grandiſonus Epiſcopus Exonienſis diſpoſuit; & hic alius eſt Ordo Sanctorum quam in aliis libris, quia ſemper præponuntur Sancti de quibus ſolemnizatur in Eccleſia Exonienſi.

VII. Chronica Latina Petriburgenſium ut dicitur: Eſt Continuatio Florentii Wigornienſis Hiſtoriæ Angliæ ad Annum 1295. Eſt liber magnus optimè ſcriptus & auctior impreſſis: Hic liber fuit Abbatiæ de Burgo Sancti Petri; atque etiam (inquit Matth. Parker) fuit olim Cœnobii Sancti Edmundi.
Primo datur Genealogia Regum Anglorum ſeu Saxonum in Anglia à Woden.

Deinde

Deinde Nomina ſeptuaginta Diſcipulorum Chriſti.
Nomina Pontificum Hieroſolymæ, tum Judæorum, tum Chriſtianorum.
Nomina Pontificum Romanorum à Petro ad Alexandrum quartum.
Nomina Archiepiſcoporum Cantuarienſium, ab Auguſtino ad Stephanum: Additi ſunt etiam Ricardus, Eadmundus, Bonifacius; Nomina Epiſcoporum Roffenſium, Lundoniæ, Eboraci, & omnium Epiſcoporum in Anglia ad tempora, ut opinor, Stephani vel Henrici ſecundi Regis (exceptis Epiſcopis Dorceſtriæ vel Lincolniæ quos non invenio:) Deinde Epiſtola Dionyſii ad Petronium de ratione paſcali, & Theophili, Bedæ, &c. Sententiæ hâc de re.
Hiſtoria ab Adam, & præſertim a Chriſto nato ad illius Paſſionem largiſſimè, & deinde proſequitur Hiſtoriam totius pæne Europæ, præſertim verò Britanniæ ad Annum 1295. vel ſecundùm aliam computationem 1318.

VIII. Gulielmi Tyrenſis Epiſcopi Hiſtoria de rebus geſtis à Chriſtianis, pro Terra Sancta recuperanda & retinenda. Ad Finem Catalogus omnium Archiepiſcoporum & Epiſcoporum ſub Patriarcha Antiocheno, diebus Gul. Tyri ut opinor: Deinde Tractatus Rerum (non Perſonarum) Alphabeticus, in quo ex teſtimoniis & exemplis antiquorum ad virtutem excitamur.

IX. Prima Pars Hiſtoriæ Matthæi Paris, cum Topographica deſcriptione locorum quorundam, cum Kalendario & Circulo paſchali, ab An. 1116 ad Annum 1620.
Hic liber eſt ejuſdem Scripturæ, & Ligaturæ, & Ornatus cum C. 5. & eſt ejus prima Pars. Orditur Hiſtoriam ab Orbe condito, & proſequitur præſertim Britanniæ Hiſtoriam ad mortem Henrici ſecundi. Ad finem hujus libri manu valde antiqua ſcribitur. *Anno Dominicæ Incarnationis* 1189. *Eſt vera Continuatio Hiſtoriæ Matthæi Pariſienſis in alio Volumine ejus manus. Hi libri videntur fuiſſe ipſius Matthæi Paris.*
Ad Finem eſt Mappa Mundi, valde rudis & antiqua. Deſcriptio ſeu Explanatio Mapparum ad initium & finem hujus libri in antiquâ linguâ Gallicâ; & Civitatum Chartæ. Omnino conveniunt ætati Matthæi Paris. Nam tunc Ptolemais ſeu Acra fuit Refugium Chriſtianorum, utì hic vocatur, quæ capta fuit à Saracenis Anno 1290.

X. Matthæi Pariſ. Chronica minor Hiſtoriam Angliæ continens à Coronatione Willielmi Conqueſtoris Die Nativitatis Chriſti 1067. ad mortem Henrici tertii Anno 1273, licèt propriè loquendo hæc Hiſtoria minor progreditur ſolummodo ad Annum 1254, & quæ ſequuntur ſunt ex Hiſtoria majore Matthæi Paris. Notatur tamen ad finem Anni 1250, Matthæum Paris hiſtoriam ſuam ibi claudere. Anno Henrici tertii 35^mo^. *Video è Notis Typographicis Matthæi Paris hiſtoriam vel ſaltem partem ejus poſteriorem impreſſam fuiſſe ex hoc Codice.*
In priore Parte hujus Voluminis uſque ad annum 1254, ſicut in duobus illis Voluminibus C. 5. & 9. Arma Regum & Nobilium notantur & colorantur ad marginem. Priora duo Volumina ſcripta ſunt in Pergameno, Hoc Volumen in Charta.
Ad Annum 1245 hujus Voluminis mentio fit de magnis Cronicis.
Præfationis loco datur Tabula Genealogica Regum Angliæ ab Alfredo ad Henricum tertium.

D. I. Chronica Cœnobii Martini.
Incipit Prologus Doctoris clariſſimi Anſelmi ſuper Librum qui dicitur *Imago Mundi*, quæ eſt Geographia quædam.
Epiſtola quam miſit Presbyter Johannes de India ad Emanuelem Conſtantinop.

D. ſtantinop. Imperatorem de Gloria & Divitiis Indiæ.

I. Epiſtola Alexandri Regis magni Macedoniæ ad Magiſtrum ſuum Ariſtotelem de Situ Indiæ.

Chronica Romanorum Pontificum a tempore Jeſu Chriſti & Octaviani Imperatoris uſque ad Nicolaum tertium Anno 1277, à Martino Polono. Attamen nulla hic Mentio Joannæ Papiſſæ, inter Leonem quartum, & Benedictum tertium.

Commemoratio Stationum Urbis Romæ.

Epiſcopi qui ſunt immediate ſubjecti Papæ.

Hi ſunt 7. juxta Romam.
9. In Campania.
16. In Marſiam.
22. In Tuſcia.
10. In Ducatu Spoletano.
13. In Marchia.
3. In Romaniolâ.

Eccleſiæ quinque Parochiales in Roma.

Eccleſiæ in Roma quibus aſſignati ſunt Presbyteri vel Diaconi Cardinales.

Metropolitani vel Archiepiſcopi in Italia & Sicilia cum ſuis Suffraganeis; item in Slavoniâ, Hungaria, Poloniâ, Alemanniâ, Galliâ, Hiſpaniâ, Angliâ, Daciâ, Norvegiâ, Sueciâ, Scotiâ, Hiberniâ, atque etiam Epiſcopatus ſub Patriarchis Hieroſolymæ, Antiochiæ, & Conſtantinopolis. *Nota quod Catalonia Galliæ non Hiſpaniæ adjicitur.*

Catalogus Paparum ubi Johanna Papiſſa non nominatur.

De Schiſmatibus in Eccleſia Romana.

Catalogus omnium Archiepiſcoporum Cantuarienſium ab Auguſtino ad Simonem circa Annum 1390. & quamdiu quiſque fuit Archiepiſcopus.

Catalogus Imperatorum & Pontificum Roman. ad Annum circa 1200.

De Synodis nonnullis.

Chronica Imperatorum Romanorum (Autore Martino Polono) ab Auguſto ad Annum Chriſti circa 1308.

Methodius de ſex milliaribus & fine ſeculi.

Beda de Situ Britanniæ & de mirabilibus ejus.

Annales de geſtis Britonum, Saxonum, Danorum & Normannorum.

De Regibus Anglorum, ubi & à quibus uncti ſunt & ubi ſepulti ab Ethelwolfo ad annum 1216. unà cum brevi Chronico Rerum anglicarum per Tho. Wyckes ab anno 1066. ad annum 1242.

Servitia Baronum quinque Portuum quæ Regi debentur, & de Wardis Caſtri de Dover.

Magna Charta & Charta de Foreſta per Henricum tertium.

Sententiæ Prælatorum pro Pace Regni & Libertate Eccleſiæ anno 1253.

Epiſtola Innocentii Papæ ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Angliæ miſſa pro confirmatione literarum ab illis editarum de Cartis hiſce anno 1253. Et duæ aliæ literæ bullatæ Alexandri Papæ eundem in finem.

Literæ Innocentii ſecundi pro Clericis Cantuarienſis Provinciæ, ne ſolvant Procurationes Archiepiſcopo ratione Viſitationis.

Innocentii Epiſtola ne Archiepiſcopus Suffraganeorum ſuorum Juriſdictionem impediat.

Carta Libertatum Surreyæ.

Oleron des Jugemens de la Mer.

D. De Libertate Ecclesiæ Sancti Martini de Dover ex fundatione Wichtredi Regis.

I. Statuta seu Provisiones Marleburgæ per Henricum tertium latinè; Westmonast. Prima per Edwardum primum Gallicè; Glouce-striæ per Edwardum primum Latinè & Gallicè; Westmonasterii secunda per Edwardum primum de religiosis Latinè; Mertonæ per Henricum tertium Latiné; Westmonasterii iterum per Edwardum primum Anno Regni decimo tertio Latinè.

Carta Adelfreidi Regis.

Carta Cnuthonis Regis.

Translatio Ecclesiæ Cathedralis de Crideton in Exon. An. 1050.

Literæ Baronum, Comitum, Procerum, & Civitatum ad Papam Clementem Sextum pro Statu Cleri contra Provisiones Papæ.

Jus Regum Anglorum ad Regnum Franciæ in Tabulâ Genealogicâ.

Versus de Tempore Johannis Strall.

Literæ aliæ Baronum, &c. contra Provisiones Papæ Latinè & Gallicè.

La manier de la Renonciation del Roy Richard de sa couronne, & de la election del Roy Henry IV.

De Monasterio de Begeham Diocesis Ciceſt. & Monaster. de Langdon Dioces. Cantuar. de Electione Abbatis, & ejus Installatione in Monasterio de Begeham.

Processus contra Regem Johannem.

Carta Regis Johannis facta Papæ & Ecclesiæ Romanæ de tributo mille marcarum.

Bulla Innocentii continens cartam Regis Johannis de liberis electionibus Ecclesiæ Angliæ.

Statutum Edwardi tertii Anno Regni Angliæ vicesimo, Franciæ septimo.

Quinque Paginæ excisæ.

Conclusio Bullæ Papalis pro Residentia Prælatorum; &

Tractatus quidam pius, cujus Princip. *Paulus Prælatis ait, &c.*

Bulla Benedicti XII. Papæ ad Abbatias Angliæ Anno 1337.

Constitutiones factæ ab Henrico secundo Anno 1164. Anno Regni undecimo. Notatur ad marginem has Constitutiones recenseri in 15 folio Epistolarum Thomæ Becket.

Epistola Archiepiscopi Cantuarienſis ad Abbates & Conventus Ordinis Cistercienſis.

Monitio Regis Edgari Prælatis & Abbatibus, *è Florilego de Edgaro.*

II. Memoriale Presbyterorum Parochialium à diversis Doctorum tractatibus sub brevitate extractum.

Est quoddam Pœnitentiale in duabus partibus. Pars prima continet capita 119, sic scripta LXLIX; nam LXXL significat 100. LXL. 110.

Pars secunda continet capita 98.

Contenta Capitum vide ad initium libri.

Decalogi nonum mandatum est; non concupisces Domum proximi tui. Nulla mentio secundi mandati.

Citantur Sententiæ Bonifacii Archiepiscopi Cantuarienſis in Concilio apud Westmonasterium, præsente Rege Henrico.

III. Benedictiones Episcopales.

Professiones Subjectionis quas fecerunt Episcopus & Abbas Papæ Romano etiam in Ecclesia Anglicana.

D. III.

At hæ Profeſſiones novitiæ mihi videntur, nam antiqua Profeſſio quæ hic etiam ponitur fuit ſolummodo Archiep. Cantuar. Utì mihi videtur uſque ad p. 61. manu recentiori ſcriptum eſt, quam quæ ſequuntur, & licèt in priori Parte, viz. uſque ad p. 61. Ordo Romanus præſcribitur & Profeſſio facta eſt Pontifici Romano, tamen poſt p. 61. Nihil hujuſmodi reperies, nihil quod non magnam ſapit antiquitatem.

3. Benedictio Peræ & Baculi.
7. Qualiter Concilium agatur provinciale.
11. Reconciliatio loci ſancti qui fuerit pollutus.
16. Qualiter quartâ feriâ in Capite Jejunii circa Pœnitentes agatur. Benedictio Cinerum.
23. Recapitulatio Benedictionum diverſarum ſecundùm ordinem Romanum Scriptarum.
31. Qualiter Pœnitentes in Cœna Domini in Eccleſiam introducuntur. De Catechumenis loquitur & Conſecratione Olei.
51. Dedicatio Eccleſiæ.
52. Apparet hunc librum vel hanc partem libri ſcriptum tempore Sampſonis Epiſcopi Wigornenſis circa Annum 1100. licèt hæc atteſtatio videtur ſcripta manu recentiori.
53. Examinatio electi Abbatis per Epiſcopum.
56. Oblatio Pueri ut fiat Monachus.
61. Index Benedictionum diverſarum quas habes pag. 282, &c.
62. Orationes in Dedicatione Eccleſiæ ubi inter alia conſecrantur Campanæ ſeu Tintinnabula vel Clocca, quæ idem ſunt.
96. Miſſa in Reconciliatione Eccleſiæ.
99. Benedictio Veſtimentorum ſacrorum.

Vide J. 1. 102. In Conſecratione Patenæ & Calicis eadem ſunt verba quæ in Vol. J. 1. viz. in Conſecratione Patenæ, Or. *Dominus qui poſt typicum Paſcha & eſis agni carnibus panem ex catino ſumere in proprii comparatione Corporis & Diſcipulis diſtribuere dignatus es. Te ſupplici devotione depoſcimus, ut quicunque ex hâc patenâ ore panem ſacratum perceperint, Te vivum & verum panem corde concupiſcant, & capiant, & benedictionem mereantur percipere ſempiternam per Te, Dom. Jeſu Chriſte, qui cum Patre & Spiritu Sancto, &c.*

103. In Conſecratione ſeu Unctione Calicis oratur *Dominus præſta ut quicunque ex hoc Calice myſticam ſanguinis tui memoriam mundato corde præguſtaverint, peccatorum omnium à Te miſericordiſſimo veniam & gaudia mereantur impetrare æterna per Te Salvator Mundi, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis æter. &c.*
104. Benedictio Crucis, ſicut prius Benedictio Aquæ.
108. Benedictio in Tonſura.
110. Ordinatio Pſalmiſtæ, Oſtiarii, Lectoris, Exorciſtæ, Accoliti, Subdiaconi, Diaconi, cui cùm Epiſcopus tradit Epiſtolariam, dicit, *Accipe Volumen Sancti Evangelii, lege & intelige & aliis trade, & tu opere adimple. Et habe poteſtatem legendi Evangelium in Eccleſiâ Dei tam pro vivis quàm pro defunctis, in Nomine Domini.*
119. Ordinatio Presbyteri. In Benedictione manuum Sacerdotis oratur, *Benedic, Domine, & ſanctifica has manus Sacerdotis tui ad conſecrandas hoſtias, quæ pro delictis atque negligentiis populi offeruntur, & ad cætera benedicenda quæ ad uſus populi neceſſaria ſunt, & præſta, quæſumus, ut quæcunque benedixerint benedicantur, & quæcunque ſacraverint ſacrentur per, &c.*
121. Cùm Epiſcopus tradit Patenam Presbytero cum Oblatis & Calicem

D. III. cem cum Vino, dicit, *Accipe potestatem offerre Sacrificium Domino Missasque celebrare tam pro vivis quam pro defunctis in Nomine Domini.*

123. Benedictio ad ordinandum Abbatem & Abbatissam per Episcopum.

129. Ordinatio Episcopi. In Ordinatione Evangelium super ejus Scapulas ponitur, & oleum chrismale funditur super Caput ejus cum Orationibus. *Quodcunque ligaverit super terram sit ligatum & in cœlis; & quodcunque solverit super terram sit solutum & in cœlis: Quorum detinuerit peccata detenta sint, & quorum dimiserit tu dimittas. Qui benedixerit ei sit benedictus, & qui maledixerit ei maledictionibus repleatur, &c.*

136. Additamentum quoddam, *Si Archiepiscopus Ecclesiæ Christi sive Cantuar. vel Ecclesiæ Sancti Petri sive Eboraci Archiepiscopum hinc vel inde secundùm Decretum Honorii Papæ ordinare voluerit, alter alterum ut legitur in* 18 *capitulo libri secundi Historiarum Anglorum.*

Oratio quando datur Pallium.

138. Consecratio Regis——*Quem supplici devotione in Regnum Anglorum vel Saxonum pariter eligimus.*

144. *Honorifica hunc præ cunctis Regibus Britanniæ (hisce diebus fuere plures Reges Britanniæ) Sanctæ Mariæ ac Beati Petri Apostolorum Principis Sanctique Gregorii Anglorum Apostolici atque omnium Sanctorum intercedentibus meritis.*

146. Designatio Status Regis. Regem alloquitur Archiepiscopus *Sta & retine à modo statum quem huc usque paterna suggestione tenuisti hæreditario jure tibi delegatum per autoritatem Dei omnipotentis & per præsentem traditionem nostram.*

148. Consecratio Reginæ.

150. Benedictio Monachorum—& Virginum—& Viduarum.

159. Benedictiones in Diebus Dominicis totius Anni. Orditur à Dominica quarta ante Natalem Domini.

175. Benedictio Cinerum in Die Cinerum, sic & Palmarum, novi ignis ex silice excussi, feria quarta de Passione Domini.

190. Absolutio Pœnitentium in his verbis; *Absolvimus vos vice B. Petri Apostolorum Principis, cui Dominus potestatem ligandi atque solvendi dedit, & quantum ad vos pertinet accusatio, & ad nos remissio, sit Deus omnipotens vobis vita & salus & omnibus peccatis vestris indultor.*

192. Consecratio Olei & Chrismatis in Cœna Domini, Lactis & Mellis, Ignis & Ceræ in Sabbato sancto, Exorcismus Incensi.

213. In quartâ Feriâ post Pentecosten Jejunium celebratur.

214. Octava Pentecostes non dicitur Dominica Trinitatis, sed Dominicæ sequentes dicuntur Dominica secunda, tertia, &c. post octavam Pentecosten usque ad 24 Dominicam post octavam Pentecosten, & sic finiunt Benedictiones Dominicales.

229. Benedictio de sanctâ Trinitate, quæ pœnè eadem est cum nostra collecta die sanctæ Trinitatis.

231. Benedictio cotidie ad Matutinum, Vesperum & Completorium.

232. Benedictio de Sanctis in Ecclesiâ Wentanâ veteris Cœnobii quiescentibus, sic incipit: *Dominus qui sanctam loci istius Ecclesiam pio labore B. Birini Episcopi olim consecratam meritis Sancti Confessoris sui Antistitis Swithuni modernotempore dignatus:*

Hinc patet non longe à Swithuni morte scriptum fuisse hunc librum; hic obiit Anno 861. *& Birinus Anno Domini* 640.

Bene-

D. 234. Benedictio de Sanctâ Mariâ facta erat Die Sabbati.
Benedictio ad imaginem Sanctæ Mariæ.

III. 239. Benedictiones in Natalibus Sanctorum, incipiunt à Sancto Stephano.

248. Natalis Sancti Gregorii Papæ, & Sancti Elphegi eodem die. (ut opinor) *Hic Elphegus non fuit Cantuar. ſed Winton. quia non ut Martyr celebratur, & Sancti Alphegi Cantuar. Natalis celebratur decimo nono Aprilis hujus Alphegi die duodecimo Martii, die Sancti Gregorii inquit Chronicon Saxon. An.* 951.

252. Benedictiones in Inventione Sanctæ Crucis & Auguſtini Archiepiſcopi in Menſi Maio. *Nihil de Beda cujus commemoratio die viceſimo ſeptimo Maii.*

256. Die Sancti Swithuni oratur, ut *qui illum noviſſimis ferè mundi temporibus manifeſtare voluit.*

260. In Menſe Auguſto ante Sancti Laurentii diem celebratur *Æthelwaldus Patronus Anglicus.*

262. Ante Sancti Bartholomæi diem eſt Aſſumtio B. Mariæ.

265. Benedictiones in Feriâ quartâ legitimi Jejunii quod plenâ Hebdomade ante Æquinoctium Autumnale celebrari ſolet; & tamen poſt exaltationem Crucis, Die decimo quarto Septembris. *Nihil hic de Ordinatione hoc tempore.*

275. Poſt Sanctum Birinum, Sanctus Thomas, & ita finiunt Benedictiones in Natalitiis Sanctorum.

282. Deinde ſequuntur Benedictiones quarum Index pag. 61.

286. Oratur pro Victoria contra inimicos Ethnicos.

300. Benedictio ſalis ad pecora ſananda.

301. Exorciſmus Aquæ tum gelidæ tum ferventis & Ferri ad Judicium Dei demonſtrandum; & Euchariſtia illis datur cum Adjuratione, dicens, *Corpus hoc & Sanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit tibi ad probationem hodie.* Adjurationes hæ ſunt tum Latinè tum Saxonicè.

312. Exorciſmus Panis Ordeacei & Caſei. Vide Mabillon. Analect. Tom. 1. p. 47.

319. Benedictiones Sponſi & Sponſæ.

329. Maledictiones in illos qui furati ſunt ex Eccleſiâ.

IV. De Judiciis & eorum Formis, &c. ſecundùm Jus civile.
De Arbore Affinitatis vel Conſanguinitatis.
De Electione Paſtoris in Eccleſiam vacantem ſecundùm Jus canonicum.
Caſus Reſervati Epiſcopales & Papales.
Caſus quibus quis Excommunicationem incurrit ipſo facto.
De Executoribus.
De nautico Fœnore: De Teſtibus.
In illud: Quodcunque ligaveris ſuper terram erit ligatum & in cœlis, per Fratrem Franciſcum de Maronis.
De Indulgentiis.
De Confeſſione Peccatorum. Incipit, *Omnis utriuſque Sexus.*
Tractatus de Decimis, compilatus in Inſulâ Corſicæ, per Andream Hiſpanum Benedictini Ordinis.

V. Martyrologium Saxonicum; Linguâ Saxonicâ ſcriptum. Deeſt Pars magna Martyrologii, viz. uſque ad mediam ferè Menſis Martii; nam Sanctus Gregorius, cujus Commemoratio fit ad diem duodecimum Martii eſt primus qui hîc occurrit.
Deinde Cuthbertus ad diem circa viceſimum Martii.
Apr. 11. Sanctus Guthlacus Anachoreta in Brytene.
23. Sanctus Georius, (Georgius,) *nobilis Martyr.*

D. V. Maii 1. Sanctus Philippus, *non & Jacobus.*
6. Sanctus Eadbyrte, qui ſucceſſit Sancto Cuthberto.
7. Sanctus Johannes Epiſcopus in Brytene inter Northumbros.
9. Initium Æſtatis.
15. Pentecoſte.
26. Sanctus Auguſtinus Cantuar.
Jun. 1. Mentio fit veteris & novi Sacramentarii ſive Maſſe-boc.
9. Sanctus Presbyter Columba, unde Scottorum Columcille.
22. Sanctus Jacobus Alphei, & Sanctus Albanus, qui paſſus eſt in hâc Brytene.
23. Sancta Ætheldrythe.
24. Sanctus Johannes Baptiſta. Solſtitium.
29. Beati Petrus & Paulus.
Jul. 22. Sancta Maria Magdalena.
25. Sanctus Jacobus.
29. Sanctus Lupus.
Aug. 5. Sanctus Oſwoldus, Rex Chriſtianus.
10. Sanctus Laurentius Archidiaconus Romæ.
15. Aſſumptio Mariæ.
19. Sanctus Magnus Martyr.
25. Sanctus Bartholomeus.
Sept. 8. Nativitas Mariæ.
21. Sanctus Matthæus.
22. Sanctus Mauritius cum 6600 militibus.
29. Sanctis Michaelis.
Oct. 18. Sanctus Lucas.
28. Sanctus Simon & Taddeus.
Nov. 1. Dies omnium Sanctorum.
7. Initium Hiemis.
17. Sancta Hylda Abbatiſſa in Brytene.
30. Sanctus Andreas.
Dec. 21. Sanctus Thomas. Reliqua deſiderantur.

In hoc libro ſæpe citatur Hiſtoria Anglorum. Regio hæc noſtra ſemper vocatur Brytene, adeo ut hic liber videtur antiquior quam ipſum nomen Angliæ, attamen mentio fit Englatheode, ſeu Populi Anglicani Ad finem, Fragmentum Saxonicum imperfectum, Legationis fabuloſæ Nathanis Judei, ad Tiberium Imperatorem.

VI. The Hiſtory of *Brutus* and of *Brittain* (in old *Engliſh*) to the ſeventh Year of King *Henry* V.

VII. Galfridi Monumethenſis Hiſtoria Britanniæ in 9 libris ab Æneâ & Bruto uſque ad Annum Domini 698. Paginâ ultimâ dicit ſe hiſtoriam hanc tranſtuliſſe è libro Britannicè ſcripto. *Manu novitia ſcribitur hunc Galfridum factum fuiſſe Epiſcopum Aſaphenſem. An.* 1151.
Annales Burtonenſes à Chriſto nato ad Annum 1339. *Diverſi videntur ab iis à D. Gale editis, ad An.* 1291.
Edictum Edwardi primi, quando Scotiam intravit cum Aſſenſu Nobilium Scotiæ.
Thomas de la Moore de morte Edwardi ſecundi *imperf.*
Expeditio contra Turcos circa An. 1094, uſque ad captam Hieroſolymam & Godefridum Regem electum An. 1099.

VIII. Nova de Geſtis Regum Angliæ, cum aliis incidentils, rerum notabilium & mirabilium eorum temporibus contingentium, à primo Rege Bruto uſque ad An. 14. Regi Henrici Sexti ſub compendio congeſta.

IX. Dionyſiii Areopagitæ Opera, cum præfato Hugonis de Sancto Victore & Expoſitione illius Hugonis & Thomæ Vercellenſis. Latinè omnia.

D. Scriptores Hiſtoriæ Anglicanæ poſt Bedam, viz. ex Editione quam vocant Saxilli—impreſſi, viz. Gul. Malmesburien. Ingulfus, &c.

X. Vita Sancti Edwardi Confeſſoris per Æilredum Rievalenſem, cum Pro-
XI. logo ad Regem Henricum ſecundum, & Epiſtola Dedicatoria ad Laurentium Abbatem Weſtmonaſterienſem.

Pag. 140. Vita Anſelmi Cantuar. Archiep. per Eadmerum Dorobernenſem qui Anſelmum Romam proficiſcentem in itinere comitatus eſt; libris duobus. Vide Capitula utriuſque libri ad finem Voluminis,

297. Vita Herlewini Beccenſis Abbatis.

356. Vita venerabilis Bedæ Presbyteri. *Beda* (inquit) *tranſtulit Evangelium Johannis in linguam noſtram*, ſcil. vulgarem.

363. Epiſtola Calixti Papæ de miraculis Sancti Jacobi Apoſtoli.

365. Calixtus de Tranſlatione Sancti Jacobi Apoſtoli ab Hieroſolymis ad Galæciam.

370. Epiſtola Leonis Papæ de Tranſlatione Sancti Jacobi.

372. De tribus Solemnitatibus Sancti Jacobi.

375. De Miraculis Sancti Jacobi, quæ Calixtus primò collegit.

405. Turpinus Archiep. Rhem. de Geſtis Caroli magni. Poſt Pag. 450 deeſt una pagina.

455. Calixtus Papa de Inventione Corporis Turpini Archiep.

E. 459. Vita Beatæ Theclæ Virginis ac Martyris.

477. Vita Apollonii Tyrii.

I. Petrus de Riga Præfationis loco dat Tabulas genealogicas Salvatoris noſtri.

Liber ipſe Compendium dictus, ſive Hiſtoria veteris & novi Teſtamenti, metrico Compendio expreſſa quo facilius memoriâ teneatur.

Deinde in libro *Aurora* dicto fuſius rem eandem perſequitur; nam metrice tractat hiſtoriam totius Scripturæ, atque etiam libros poeticos Job & Canticum.

II. Biblia Latina vulgatæ Editionis; ſcripta, uti opinor, Anno 1560. unà cum libris Apocryphis.

Liber hicæ in Capitula dividitur licet non in Verſus. Capitula vero hujus Libri non iiſdem ſemper partitionibus dividuntur, ac in noſtris libris.

Liber pulchrè ſcriptus in Pergameno.

III. Biblia Latina ſcripta per Senatum Bravonium.

Hic Senatus fuit Præſes Monachorum Wigorniæ (quæ olim Bravonium dicta erat) & erat familiaris Henrici ſecundi Regis, circa An. 1170; cum Apocryphis & Præfationibus Hieronymi.

Ante paginam primam notantur nonnullæ Variationes hujus libri à vulgatis & impreſſis.

Deeſt liber Pſalmorum in hoc libro.

Poſt Maccabeorum librum ſecundum incipit Tractatus Magiſtri Senati Wigornienſis Bibliothecarii de Concordiâ & Diſpoſitione Canonum Evangeliorum. *Deinde Canones ipſi.*

Hic liber dividitur in Capitula ſed non in Verſus.

Quatuor Evangelia quatuor columnis in eâdem paginâ ſcribuntur eo modo quod ſimul incipiunt deſinuntque.

Poſt Actus Apoſtolorum ſequuntur ſeptem Epiſtolæ Canonicæ & Apocalypſis; deinde Epiſtolæ Pauli, & poſtremò Epiſtola ad Laodicenſes (quæ non habetur in Canone) quæ etiam Anglicè vertitur, vel pænè Saxonicè, quæ verſio magnam ſapit antiquitatem.

Hæc Epiſtola ad Laodicenſes brevis admodum eſt, vix viginti Linearum.

In

E. III. In Tractatu seu Prologo ad Evangelia asserit Senatus se hunc librum scripsisse ad Exemplar alterius Romæ conscripti, quam beatæ memoriæ Rex Offa Ecclesiæ nostræ (Wigorn.) contulisse dicitur.

IV. Polychronicon Ranulphi Cestrensis, sive Historia ab Orbe condito ad mortem Edwardi tertii in septem libris, cum tribus Præfationibus, & Indice Rerum alphabetico.

Ad finem libri est *Chronica bona & compendiosa de Regibus Angliæ, tantum à Noe ad hunc usque diem, viz. ad Coronationem Ricardi secundi An.* 1377; *sed manu à priori diversâ.*

Istum librum Henricus Somer dedit Hospitali Sancti Johannis Evangelistæ Cantabrigiæ.

V. Egesippi Historiæ Judæorum Libri quinq; à Temporibus Maccabeorum, captis Hierosolymis à Pompeio, usque ad Templum destructum à Tito Vespasiano.

VI. Annals in very old *English* from the Creation to *An.* 1418, or the fifth Year of King *Henry* V. *and yet he spakes of the Council of* Basil *that sate not till about* An. 1431, *or the tenth Year of King* Henry VI.

These Annals begin thus: *The first Man Adam was made on a Fryday without Modyr without Fader in the Fyld of Damask.*

From pag. 96 it appears that this History was written by a *Gilbertine*, but the Name of the Person is not mention'd.

VII. Freculphi Historia, ab Orbe condito ad Christum natum, in libris septem. Hic Freculphus Episcopus erat Lexoviensis. Ante Pag. 1. est Hymnus quidam in laudem Melliti Archiepiscopi Cantuariensis, cum Notis musicis antiquis.

VIII. Petri Blesensis Tractatulus de Conversione Sancti Pauli.

Augustinus de Creatione primi hominis, unâ in paginâ.

Scala Mundi, sive Chronologia continua, unà cum Cyclis Solaribus, Lunaribus; & Indictionibus ab orbe condito, & Anni Christi & Dies Paschalis à Christo nato, usque ad Annum Christi 1619. Videtur hæc Chronologia scripta circa An. 1340, at continuata aliâ manu, aliquo modo ad An. 1450; *& Reges Saxonici in hac Insula contemporanei*, Imperatores, Reges Franciæ, & Scotiæ, & Pontifices usque ad An. 1338, & Episcopi Sarum.

Ad An. 858 notatur Johannes Fœmina vel Papissa.

Chronicon Martini Pœnitentiarii, sive Historia & Successio Imperatorum & Pontificum Romanorum à Christo nato ad An. 1306, continuata ad An. 1342.

Pag. 135. Petri de Yekeham Compilatio de Gestis Britonum & Anglorum è Bruto, Beda, & aliis Autoribus à primâ Antiquitate ad An. 1265, antiquâ manu; & continuata usque ad An. 1283, aliâ manu.

Desunt paginæ nonnullæ, ut opinor.

217. Triginta duo Gradus Scalæ: Primus est Fides; secundus Spes, &c. ad finem dicitur *Hospitium Beatæ Mariæ extra Bishopsgate hunc vendicat librum.*

IX. Amalarius de Ordine Romanæ Ecclesiæ, qui vocatur *Liber Officialis*, in duobus libris: In libro primo sunt cap. 38, in secundo 61. Incipit, *Postquam scripsi libellum qui à meâ parvitate vocatur de Ecclesiastico Officio veni Rom.*

In libro secundo, cap. 21, *Te igitur*, dicit, *Hic credimus naturam simplicem panis & vini mixti converti in naturam rationabilem, scil. Corporis & Sanguinis Christi. Scriptus est hic liber manu uti mihi videtur valde antiquâ, literis pænè Saxonicis, & concludit hoc modo;*

ΦINIΘ DHω ⅂PΛΘΗΛC ΛMHN

E. X. Chronica Henrici Archidiaconi Huntington, ſive Hiſtoria Anglorum à primâ origine ad mortem Regis Stephani in libris decem.

1. Liber de Regno Romanorum in Britanuia.
2. De Adventu Anglorum.
3. De Converſione Anglorum.
4. De Regno Anglorum.
5. De Bellis Dacorum.
6. De Adventu Normannorum.
7. De Regno Normannorum.
8. De Summitatibus rerum.
9. De Miraculis Anglorum, vel Viris illuſtribus.
10. De Annis Stephani, ad finem hujus libri. *Explicit liber decimus; hic incipit liber undecimus de Henrico juniori*; qui tamen non apparet.

In libro primo dicit, in Wallia ſunt tres Epiſcopatus: 1. Apud Sanctum David; 2. Apud Bangor; 3. apud Clamorgan. Tempore autem noſtro recepit Epiſcopus Sancti David Pallium à Papâ, quod ſcil. fuerat olim apud Cairlegion.

XI. Alexander Eſſebienſis, qui claruit An. 1220, dicitur Somerſetenſis vel Staffordienſis Chronographus: Scribit Hiſtoriam præſertim Britanniæ ſeu Angliæ à Chriſto nato ad Annum circiter 1255, quando Ricardus, Dux Cornwalliæ, fuit creatus Imperator Romanorum.

Pag. 29. Hic Alexander dicit quod Auguſtinus fecit ut occiderentur 1200 Monachi in Bangor Walliæ eo quod non obedirent ſibi in Concilio. Multus eſt hic Autor in exponendis Merlini Prophetiis.

147. Excerptiones quædam è Chronico Rogeri Hoveden ab An. 1066. ad An. 1201.

157. Epiſtolæ inter Pariſienſes Doctores ad mandatum Philippi Regis Francorum, & Johannem 22, & Benedict. 12 Papas, de Statu Animarum poſt mortem circa An. 1333.

167. Fragmentum Wilhelmi Gemeticenſis de Geſtis Ducum Normannorum ad Gulielmum Conqueſtorem.

179. Prophetiæ Sibyllæ Erythreæ Babylonicæ, cum aliis Prophetiis.

185. Narratio quædam de Virgine in Territorio Leodienſi quæ miracula multa fecit; ſcripta per Philippum de Clarevall.

193. Catalogus Epiſcoporum Lindis fornenſium ſeu Dunelmenſium, ad Ricardum de Bury Epiſcopum Dunelm. an. 1333, unà cum vita illius Ricardi per alium, ad an. 1345.

211. Catalogus Epiſcoporum Eboracenſium à Paulino uſque ad tempora Stephani Regis.

214. Proceſſus contra Templarios an. 1311.

217. De Regnis ſeptem Saxonicis in Britannia & de Angliæ Monarchia ad Stephanum Regem. Poſtremò Epiſtolæ duæ Innocentii Sexti Papæ ad Edwardum Principem nigrum pacem & moderationem ſuadentes unà cum Principis Reſponſio. An. 1355.

XII. Pſalterium eleganter ſcriptum & Picturis Apoſtolorum & Prophetarum Mariæ Virginis & ipſius Salvatoris ornatum, & literis initialibus deauratis. Numerus Pſalmorum nullibi notatur.

Poſt Pſalmos, Canticum Hezekiæ, Moſis Hymnus *Te Deum*, & alii Hymni è Scripturis ſacris; etiam Symbolum Athanaſium, Litania, & Supplicationes ad Sanctos, Commendatio Animæ morientis, & Precationes pro mortuis.

E. XII. Annales Angliæ Gallicè. Incipit, *Devant la nativitè noſtre ſeignur 1200 ans, vint Brutus*, uſque ad Henricum quartum.

Annales Eccleſiæ de Medeſhamſtede ſeu Petroburgenſis, cum Catalogo Abbatum uſque ad an. 1400.

Liber qui dicitur *Beſtiarum*, ubi ſunt Picturæ ad vivum depictæ omnium ferè Animalium, cum eorum Hiſtoriâ.

Hic liber fuit quondam Cœnobii Petroburgenſis, viz. Fratris Hugonis de Stivecle Prioris.

F. I. Vid. Cleop. C. 8. Pars prima. Prudentii Poëmata, charactere valde antiquo, cum notis ſeu expoſitionibus aliquando Saxonicis, cum multis Figuris optimè pictis. Equites picti ſemper ſine ſtapetibus more antiquo, dicitur quod idem etiam manu exaratus reperitur in Bibliothecâ Cottonianâ. In Prudentium ſunt Notæ ferè continuæ, linguâ latinâ.

Pars ſecunda, Oroſii libri ſeptem. In his libris oſtendit calamitates Romani Imperii, non propter Religionem Chriſtianam accidiſſe, & aliquo modo tradit Hiſtoriam, Clades & Calamitates penè omnium Nationum à Mundo condito ad ſua tempora An. circa 420. Vocatur hoc opus *Ormeſta mundi*. Hic Liber fuit olim Monaſterii Malmesburiènſis.

